

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas ao
cum fonte primo

Quid horum ad uirtutem uiam sternit?

Sillabarum enarracio, uerborum diligencia et fabularum memoria
et uersuum lex ac modificacio.

Quid ex hiis metum demit, cupiditatem frenat?

Quid horum ad virtutem viam sternit?

Syllabarum enarratio et verborum diligentia et fabularum memoria
et versuum lex ac modificatio—
quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 88.3
(L. Reynolds ed., vol.1, p.313, ll.7-11).

Musica montrat michi qui sunt modi flebiles;
monstrat pocius quomodo inter aduersa non emittam flebilem uocem.
Metiri me geometer docet latifunda;
pocius doceat quomodo metiar quantum homini satis sit;

Ad musicum transeo.... Monstras mihi qui sint modi flebiles:
monstra potius quomodo inter adversa non emittam flebilem vocem.
Metiri me geometres docet latifundia
potius quam doceat quomodo metiar quantum homini satis sit;
numerare docet me et avaritiae commodat
digitos potius quam doceat nihil ad rem pertinere istas computationes,
non esse feliciorem cuius patrimonium tabularios lassat,
immo quam supervacua possideat qui infelicissimus futurus est
si quantum habeat per se computare cogetur....
Docet quomodo nihil perdam ex finibus meis:
at ego discere volo quomodo totos hylaris amittam...

O egregiam artem! scis rotunda metiri,
in quadratum redigis quamcumque acceperis formam,
intervalla siderum dicis, nihil est quod in mensuram tuam non cadat:
si artifex es, metire hominis animum,
dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit.
Scis quae recta sit linea:
quid tibi prodest, si quid in vita rectum sit ignoras?

docet quomodo nichil perdam ex finibus meis,
at ego discere uolo quomodo totos hylaris amittam.
Scis rotunda metiri.

Si artifex es, metire hominis animum.
Dic quam magnus, dic quam pusillus sit.
Scis que recta sit linea;
quid tibi prodest, si quid in uita rectum sit ignoras?

Seneca LXXXVII. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 88.9-13
(L. Reynolds ed., vol.1, pp.314-15, ll.21-29, 1-21).